



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1707

Q. 81. An pauper, hoc solo titulo, quia pauper est, præferri debeat diviti, si debita personalia sint paria.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42561

troque foro, quia leges id statuentes videntur justæ: è contrà *Mol. Vasq. Castrop. Lugo d. 20. n. 170.* dicunt tantùm valere, si accesserit sententia Judicis, quia ex eo præcisè, quòd petat, non auget jus suum aut minuit aliorum: si tamen creditor bonâ fide acceptarit, admittit *Lugo n. 179.* posse retinere secundùm dicenda n. 405. & 407.

405 §. 2. Amicitia præcisè non dat jus prælationis: tamen secundùm sententiam probabilem, quòd prior petens præferendus sit, poterit debitor admonere creditorem sibi amicum, quòd ipse priùs petenti possit priùs solvere, & sic procul dubio alter movebitur, ut petat, *Lugo n. 174.* qui n. 177. addit, si dedisset non petenti, posse repetere, & tum reddere petenti.

406 Q. 81. *An pauper hoc solo titulo, quia pauper est, præferri debeat diviti, si debita personalia sint paria.* R. Affirmant *S. Th. 7. Med. Sa, Silv. Laym. Salon. Rebel. & alii,* quorum sententiam *Less.* dicit esse probabilem, *7lls. n. 216.* valde probabilem; Ratio est, quia pauper, si ei non solvatur patitur gravius nocumentum, uti gravius patitur, si ei fureris unum, quàm si diviti duos solidos, priùs autem recedendum est à graviori nocumento. Negant *Azor, Vasq. Less. Furr. Bonat. Castrop. Lugo, 7lls. & alii passim,* quia nullum jus hoc suadet, & dives habet æquè magnum jus ad rem suam, quàm pauper ad suam, per accidens autem videtur, quòd ex parte unius subjecti sit majus nocumentum: putat quidem *Less.*, si pauperi inde sequatur majus nocumentum, v. g. quia viliori pretio cogetur vendere sua, ut se alat, plus ei esse restituendum, sed *Lugo d. 20. n. 162.* dicit etiam tunc tempore priori esse priùs solven-

ven-

vendum totum, non habito respectu ad paupertatem, negatque plus restitui posse, etiam in illa sententia, quæ satis communiter & probabiliter dicit in debitis personalibus non esse attendendam prioritatem temporis, nam si pauperi & diviti debeat 100, singulis autem reddat 50, sicuti 100 debita pauperi sunt illi nocumentum, quale essent diviti, si 200 deberentur, ita etiam 50 restituta pauperi sunt illi tantundem, atque si diviti restituerentur 100, ergo si utrique reddantur 50, attingetur æqualitas.

Q. 32. Quid observandum sit, si nullas creditorum habeat jus prælationis. R. Debet singulis solvi secundum partes proportionales, ita ut cui plùs debetur, plùs attribuat, quia æquitas postulat, ut ille majorem partem accipiat, qui majorem partem debet perdere, & ut majori juri activo, cui respondet majus jus passivum, etiam respondeat major solutio: Si tamen debitor Titio creditori non petenti solvisset totum debitum, quamvis reliquis creditoribus fecisset iniuriam, tamen *P. Nav. Mol. Less. Laym.* apud *7lls.* t. 4. d. 3. n. 220. dicunt Titium posse retinere, quia permissivè se habet, & res soluta, uti supponitur, non erat obnoxia reliquis creditoribus, sed sola persona debitoris, ergo Titius potuit & re ipsâ acquisivit dominium rei solutæ, sicuti mutuarius acquirit dominium rei sub usuris mutuatæ, licet mutuans sic dando peccet contra justitiam: ita illi. Quid autem dicant AA:, si ego creditor apud me habeam rem debitoris non potentis satisfacere omnibus, insinuatum est p. 1. n. 969. Denique notat *Mol. T. 2. d. 161. n. 11.*, si debitor sit omnibus solvendo, quamvis possit

R 3

uni

anno 1611